

M. Anto
l. prima
tonis
Historie
d. vita
Apostol
Arauf
Zed A
d. abs
d. Athae
offissim
d. Auro
Anok
Algeb
Aetern
Anim



42

No. X.
**MISCELLANEÆ
THESES.**

Quas
OCCASIONE DISCURSUUM PUBLICORUM
collectas,

Sub PRÆSIDIO
**JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.**

privato publicæ disquisitioni submittunt

Respondens
JOH. PHILIPP. WEGER,

& Opponentes

D.D. NITSCH & de STÖKKEN.

d. 25. Febr. MDCCII.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.



I.

Absoluto Jure in Re, succedit jus ad rem, ex quo obligatio personalis oritur, quæ personam affectare communiter dicitur. Sed accuratius loquendo, Creditori jus nullum acquiritur in persona debitoris, quale nullum extra primam juris partem in jure nostro statuitur. Sane ex obligatione hâc personali Creditor rem ipsam vel tantundem persequitur, quod sibi mediante personæ facta debetur.

II.

Simplicissima obligationis species pactum est, quod jure civili in pactum nudum & legitimum distinguitur. Quo quidem civili jure tot pacti legiti species expressæ sunt, ut vix casus pacti nudi concipi possit, qui non ad naturam contractus aliquujus vel pacti legitimi accedat. Moribus certè omnia pacta ritè inita pro verè legitimis habenda esse, asserere nulli dubitamus.

III.

Politicatio Reipublicæ facta vel etiam votum DEO à Parentibus factum revocari potest à liberis que-

quæla inofficiosi. Persona verò pollicitantis vel vo-
ventis Reipublicæ & DEO obstricta manet.

IV.

Personæ alieni juris pacisci & contrahere non posse dicuntur extra peculum castrense vel quasi: defendi tamen possunt casus; quibus non tantum occasione peculii adventitii & peculii proventitii sed etiam suo jure se per pactum & contractum alteri obligare & aliis obligari possunt , salvâ juris Civilis autoritate.

V.

Pacisci licet de crimine capitali, etiam de adulterio, imo etiam de crimine non capitali ; quin imo non tantum de criminibus perpetratis d. etiam perpetrandis pacisci licet, ne vindicentur: obstante licet l. 23. ff. de R. f.

VI.

Distinctio inter contractus b.f. & stricti juris non tantum ex jure Civili sed etiam ex ipso Jure N. & Gentium demonstrari potest.

VII.

Ex quibus juribus Contractuum realium, qui ad sui essentiam præter consensum etiam traditionem requirunt, defendi potest, traditionem non esse merum commentum Juris Civilis sed Juri N. & Gent. convenire.

VIII.

VIII.

SCt. Macedonianum, quo filiis pecunia mutuò dari prohibetur, nititur non tantum Juris Civilis sed & naturalis & gentium rationibus. Sed si habent peculium castrense, imo etiam quandoque occasione peculii profectitii rectè cum ipsis contractus mutui celebrantur.

IX.

Neque commodatum neque precarium pro lubitu concedentis semper revocari possunt. Potest etiam concedens utriusque certam lucri speciem promittere, manente utriusque contractus naturâ.

X.

Imo etiam depositario certum quid promitti potest, non immutata depositi essentia.

XI.

Non denegandum est semper depositario jus detinendi depositum, donec deponens satisfaciat ipsi creditorî, non tantum ob expensas in rem depositam factas sed etiam ob alia quædam debita extranea.

XII.

Pignus etiam detineri potest à Creditore ob debitum ex aliâ quam pignoratiâ causâ contractum.



01 A 6541

f




3

TA -> OL

b18
v12



42

B.I.G.

No. X. MISCELLANEÆ THESES.

Quas
OCCASIONE DISCURSUUM PUBLICORUM
collectas,

Sub PRÆSIDIO
**JOANN à SCHULTZ
SZULECKI, JCT.**

privato publicæ disquisitioni submittunt

Respondens

JOH. PHILIPP. WEGER,

& Opponentes

D.D. NITSCH & de STÖKKEN.

d. 25. Febr. MDCCII.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.